Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gaudio repletus est caluisianus & ait. ego sacrifica. Cui
beatus euplus resp. Ego sacrifico & immolo meipsum
patri & filio & spiritui sancto. Te caluisianus audiens hec ira
commotus. iussit eum amplius torqueri. Et cum diutissi
me torqueretur. sustinuit certamen orthodoxe fidei.
Tunc impiissimus caluisianus consularis sententiam dedit
dicens. Contrarium deorum. & negantem imperatorum
iussionem pacantes eos. iubemus euplum. quia scripture
impietatem ab eo offense sunt. iusto iudicio nro gla
dio interfici. Tunc beatus euplus gratias egit domino
ihu xpo. qd adueniss & tempus coronam accipiendi
ei. Cum eum eo cum gaudio. omnis plebs uestigia eius
sequebatur. admirantes fortitudinem animi eius. Ipse
autem refouente gratia xpi. uultu fulgebat. & letus as
sumpto animo ambulabat. quasi pgens ad nup
tias. & repletus spiritu sancto canebat dicens. Magna est
gratia tua domine in seruis tuis. quos ad te uocare dig
natus es. & p omnibus qui sequebantur eum orabat dicens.
Domine ad esto seruis tuis. & ne deseras eos usque in finem.
ut glorificent nomen tuum in secta sectae. Et acceleta